1453 Mai 1, Rom, St. Peter. **Nr. 3410**

Nikolaus V. an alle Christgläubigen. Er verleiht auf Bitte des NvK allen, welche die Kapelle des hl. Nikolaus im Hospital zu Kues am Nikolaustag und am Jahrestag der Weihe besuchen, einen Ablass von 7 Jahren und 7 Quadragenen.

Or., Perg. (Bleibulle an Seidenschnur): BERNKASTEL-KUES, *Hosp.-Archiv 28 (Sekretär:* C. Fidelis; *unter der Plika:* Pe. de Noxeto; *unten rechts:* D. de Bistorff).

Kopie (gleichzeitig): ROM, *Arch. Vat., Reg. Vat. 400 f. 279^{v}-280^{v}; (1834):* TRIER, *Bistumsarchiv 95, 282 p. 156f. (von Matthias Martini, s.o. Nr. 414).*

Druck: J. J. Blattau, Statuta Synodalia. Ordinationes et Mandata Archidioecesis Trevirensis. Nunc primum collegit et edidit II, Trier 1844, 9f.; Kortenkamp, Urkunden 82f. Nr. 40.

Erw.: Krudewig, Übersicht IV 262 Nr. 32; Vansteenberghe 458; Abert/Deeters, RG VI 99 Nr. 484; M.-A. Aris, Horizonte, Nikolaus von Kues in seiner Welt, Trier 2001, 71 Nr. 52 (mit Abb.); Tritz, Schätze im Himmel 116.

Der Grundtext ist nach der Forma Licet is, de cuius munere Nr. 967 *unter Einschluss von* Nr. 965 *gestaltet. Textübereinstimmungen mit* Nr. 965 (Nr. 967) *sind dementsprechend gekennzeichnet.*

Licet is *(usw. wie* Nr. 976 *Z. 1-6 bis)* aptiores. Cum itaque, sicut accepimus, dilectus filius Nicolaus tituli sancti Petri ad vincula cardinalis, terrena in celestia commutare desiderans, quoddam hospitale pro receptione et sustentatione quadraginta pauperum in parrochia Cusa Treverensis diocesis de bonis dispositioni sue ab omni largitore donorum creditis fundaverit et dotaverit ac prope illud cappellam sub nomine et vocabulo sancti Nicolai confessoris ad laudem altissimi et honorem dicti confessoris construi et erigi faciat opere congruenti, nos ‚cupientes, ut' dicta capella, postquam erecta fuerit, ‚congruis honoribus frequentetur' ac etiam in suis edificiis et structuris conservetur et hospitalitas in dicto hospitali pie cepta manuteneatur et crescat necnon christifideles ‚eo libentius causa devotionis confluant ad eandem' et ad conservationem edificiorum et manutenendam hospitalitatem huiusmodi ‚manus' promptius ‚porrigant adiutrices, quo' ex hoc ibidem ‚dono celestis gracie uberius conspexerint se refectos', dicti etiam cardinalis nobis super hoc humiliter supplicantis in hac parte supplicationibus inclinati, de omnipotentis *(usw. wie* Nr. 965 *Z. 6f.)*, ‚qui in dedicationis' dicte capelle ac prelibati sancti Nicolai ‚festivitatibus capellam eandem devote visitaverint' anuatim et ad edificiorum ⟨conservationem⟩ ac manutenendam hospitalitatem huiusmodi ‚manus porrexerint adiutrices' in qualibet festivitatum, cuius huiusmodi manus adiutrices porrexerint, ut prefertur, septem annos et totidem quadragenas ‚de iniunctis eis penitentiis misericorditer in domino relaxamus'. Volumus autem, quod, si alias visitantibus capellam ipsam ad eius conservationem et hospitalitatis huiusmodi manutentionem manus adiutrices porrigentibus aut alias inibi pias elemosinas erigantibus seu alias aliqua alia indulgentia perpetuo vel ad certum tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit, presentes littere nullius sint roboris vel momenti.[1])

---

[1]) *In Reg. Vat. 400 schließt sich an* Nr. 3410 *auf f. 280^{v}-281^{v} ein Gunsterweis des Papstes für* Wygandus Mengler de Hamberg, *Kanoniker in Maria ad gradus zu Mainz vom 12. Mai 1453 an, mit dem er im Rechtsstreit des* Wigandus *mit* Augustinus de Benßheim *um die Scholastrie von St. Viktor vor Mainz jenem den Vorzug gibt; vgl. auch Meuthen, Die letzten Jahre 310; Abert/Deeters, RG VI 592 Nr. 5791. Dass Wigand Familiar des NvK sei, wird in der Bulle nicht erwähnt. Dass diese jedoch in das damals von NvK erwirkte Paket von Vergünstigungen gehört, also ebenfalls von ihm erbeten wurde, legt der sich auf f. 281^{v}-282^{v} unmittelbar anschließende Text von* Nr. 3417 *für NvK nahe.*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.